





Poëtae latini recentiores 1582.
Tyrigetae Jani: Technopaegnion sacropoëticum venerabili Corporis Christi festo pietatis ergo consecratum.
Crac. in off. Lazari 1598.

TECHNOPÆGNION, SACROPOETICVM,

VENERABILI CORPORIS CHRISTI FESTO, PIETATIS ERGO conſecratum.

Authore

IANO TYRIGETA GERMANO, A *Nicolao verò Lubomirski collectum, & in gratiam Pòëticæ iuuentutis in lucem editum.*



CRACOVIÆ,
In Officina Lazari, Anno Domini.
M. D. XCVIII.

COLLECTOR LECTORI POETICO S.

Qui studet Aonij fontem contingere montis,
Hippocrenæis vultq; salire iugis:
Euoluat veteres iterumq; iterumq; Poëtas,
Nec tamen omninò temnat vbique nouos.
Ecce nouo Musæ dederunt hæc carmina vati,
Staminaq; artifici mira tulêre manu.
Hæc lege quisquis ades, si mens te ducit ad altos
Parnassi colles, Castaliumuè nemus.
Felici tales vena complectere cantus,
Feliciq; artes has imitare stylo.



NICOLAVS LVBOMIRSKI

TECHNOPÆGNION.

ARTIFICIVM I.

GRAMMATOSYLLEXIS.

Pentametrum Carmen.

C. N. V
D P M
X
R L
I F
E. S. T

Canon ad Lectorem.

Excepto medio verbo quod continet in ſe
Centrum, ſeruanda eſt regula noſtra tibi.
Litterulas N N, S S, E E, I I, duplicare labores
Lector, D, D, D, D, quadruplicabis, ita eſt.
Pentagonus A, A, A, A, A, tibi quinq; locabit.
Vnicum at O magnum circulus ipſe dabit.
Iſtis coniunctis, epulis accommoda IESV
(Pentametrum verſum) quas dedit altus amor.

Clarius haud ſanè clarius tibi noſter Apollo,
Candide ſpectator, ſignificare poteſt.
Verſu perfecto tria trigintaq; videbis
Grammata, nec mendax fiet Apollo meus.

Artificium II.

Retrogradi cancri.

CVnctipotens tibi dat diuinum (credito) corpus,
Corpore purgato tu modò ſuſcipias.
Magnificet tua mens diuorum munera tanta,
Pectore Phœbeo laus pia proſiliat.
Aſſociat cibus hic mortales (enthea narrant
Biblia) dilectis (pòl puto) cælicolis.
Deficias malè ne, ſpectatis vtere ferclis,
Pectora confirmat daps ſacra læticiæ.
Diuitias tibi non maiores Dædala mundi
Machina præbebit, me rogo percipias.

Artificium III.

Hieroglyphicum.

Dictiones maiuſculis notatæ picturæ loco.

MVSAE a, e, i, o, u, CITHARAS *ac* PLECTRA *can*ORA
*Sub*LIME*nt*, FORME*nt* SOLnn*es* TEMPLA CORONAE,
ARCVS, PYRAMIDES, OBELISCI, TROPHAEA,
Stnt VEXILLA, VOLE*nt* ROMA*nas* PAN*da* pr ARCES
DOROTHEA *in* SPORTA FLORES VIRGO *affr ad* ARAS,

LILIA

LILIA *cui* *ſ*rVAS & PALMEa SERTA ROSA*rum*?
SERVATOR*i* ORBIS ds SANCTA *st* HOSTIA *factus*,
FERCVLA APOSTOLI*cis* *dans* FORTVNA*ta* *miniſtris*,
Ne *ma*LA MORS HASTAS TEREBRE*t* VOLVCRES*ue* SAGITTAS,
In CAPVT *aut* ANIMA*e* *no*C*at* FVRIA*lis* AVERNVS,
Aſt *ſit* REMI*uag* LVNA *ris* *vt* ANCHORA NAVIS,
Et *l*ARGVS *fiat* PARADYSVS *re*SPICE MANNA,
Ac *re*DAMA *c*APIS hsc *da*PES SOLARE *no*VVM COR
Atq; FLAGELLA*ti* CRVCIFIXI VVLNERA 5.
LINGVA f*f*r *rosea* *qu*m 7 *ri*t PLANETAE,
HORTVS, SYLVA, FERAE, PISCES, ELEMENTA, VENVS*tant*.

ARTIFICIVM IV.

CASCVM CARMEN,

ſiue

Antiquæ locutionis imitatio Pòética.

OPtumus atq; catus Dubenus quoi maxuma virtuijs
Flauiſſam in ſolam ſouccenſuus volnere amoris,
Metatus miſereis vegrandia mœnera vobeis,
Hoc accepſemus potaclum paſcibulumque
Efflictim, vt fauitor C[h]riſtus celebraſcat ab ollis:
Murrina cœnai ſatule lætiſcit Homonem,
Augificatq; facul cæleſtubus fructubus mentes,
Eſtur enim pollucibilis qua Haud magnior eſca 'ſt,
Nulla, fuatq; tibei; tu rei ſis memor Hoios.

ARTIFICIVM V.

STICHODILECTICVM.

Chriſtus	Maieſtas	Rex	Mundi	Gloria	Cordis
Maieſtas	diutim	gratus	fons	dulcis	origo
Rex	gratus	ſapientia	ſplendens	porta	redemptor
Mundi	fons	ſplendens	ac eſca	ſacerrima	mentis
Gloria	dulcis	porta	ſacerrima	vitaq́;	pura
Cordis	origo	redemptor	mentis	pura	ſalus qúe

ARTIFICIVM VI.

THEMA ANAGRAMMATISMI.

IESVS CHRISTVS IBIT DEVS TER OPTIMVS MAXIMVS.

ANAGRAMMATISMVS.

IPSE STVDE SIC REX TIBI SVMITVR HOSTIA SVMMVS.

Epigrammati incluſus.

Æthereo quicunq; cibo mortalia corda,
Atque animam Chriſto vis ſaturare Deo.
Virgineæ menti, precibus, pietatis amori,
Omni cum ſancta ſedulitate vaca.
IPSE STVDE SIC REX TIBI SVMITVR HOSTIA SVMMVS.
Gloria cantetur cui ſine fine

ARTIFICIVM VII.

LOGORIPHVS.

Vexilla deportarier vidi hoc die;
In vno eorum ſcriptum erat nomen Dei

Graijs

Graijs figuris, aureis coloribus,
Narrauit vt doctus ſcholaſticus mihi,
Nam literarum ſum imperitus omnium.
Sed iſtud auguſtiſsimum nomen mihi
Repete, quia excidit memoria labili;
Vtcunq; ſeruo mente litterulas tamen,
Quas indicabo ceu potero rudi modo.

Ι In fronte dictionis vna virgula
Pro litera viſa eſt mihi quanquam breuis.
Η Binæq; deinde lineæ pares ſimul,
Tranſuerſa quas coniungit linea altera.
Σ Cincinnus vt contorta verùm eſt tertia:
Ο Rotunda tota quarta littera extitit;
Υ Tum virgulæ naſcuntur ex quinta duæ,
Σ Cum tertia poſtrema littera conuenit.

Ænigma quod ſi ſolueris, dein dixeris,
Reuerentiam præbere iuſsero ſtatim.

ARTIFICIVM VIII.

CANCRINA ELEGIACA, in ſe recurrentia.

MEtro dicta duo nunc vno concelebrabo,
Retro ſcripta lego cum labris diſsimulabo.

ARTIFICIVM IX.

SOTADEVM IN CONTRARIO
ſenſu Catholici & hæretici.

PATREM NOSCO MIHI, NON PAPAM VITVPERABO.

ARTIFICIVM X.

POLYPTOTOCVM.

SIdera ſideribus maiora minoribus alto
Prælucent, præeunt tempora temporibus.
Pondera ponderibus leuibus grauiora recedunt,
Magna velut paruis fulmina fulminibus.
Lumina luminibus ſunt fulgidiora coruſcis,
Candidiora velut corpora corporibus.
Semina ſeminibus ſunt fertiliora quibuſdam,
Germina germinibus, gramina graminibus.
Flumina fluminibus ſunt limpidiora profundis,
Sunt deflenda magis funera funeribus.
Frigora frigoribus quædam præferre ſolemus,
Sunt cenſenda magis fœdera fœderibus.
Carmina carminibus quædam meliora leguntur,
Excellunt Chriſti munera muneribus.

ARTIFICIVM XI.

ANAPHORICVM.

PANIS quo ſimul eſt homo Deusq́ue,
PANIS deliciæ ſacræ Angelorum,

PANIS

Rato P. Johanni Clingeri

Panis maxima ſeculi voluptas,
Panis cælicolum cadens ab oris,
Panis pluribus eſt bonis repletus,
Panis quem metuit fretum polusq́ue,
Panis diuitiæ ſalusq́ue noſtra,
Panis multimodis nitet figuris.
Panis multiplicans bonos coronis,
Panis mortificans malos dolore,
Panis diſtribuens beatitatem,
Panis gloria chriſtianitatis,
Panis quo nihil eſt in orbe maius,
Panis quo ſimul eſt homo Deusq́ue.

Artificium XII.

Epanastrophe Maroniana.

CAndide lector ades modulamen percipe Cliûs,
Quanto nos ergà Christvs flagrârit amore,
Non maius potuit ſignum præſtantis amoris
Ponere, quàm nobis ſeſe præbere per eſcas.

Huic ergo quocunque modo modulamina ſacra
Pangemus, Christvsq. Deus tolletur in aſtra,
Christvs in aſtra feretur: amauit nos quoq; Christvs.
Quid melius ? Christiq. Dei benefacta canemus,
Christi pſallemus benefacta, opera inclita Christi.
Mente pia Christoq. Deo dicemus honorem,
Christo fiet honor, fiet quoque gloria Christo.

Quid censes CHRISTVMnè sacra sumemus in æde?
CHRISTON in æde sacra sumemus corpore CHRISTVM?
A CHRISTO pendet venturæ gloria vitæ.
O mea CHRISTE salus, virtus meaque; optime CHRISTE:

ARTIFICIVM XIII.

CEPHALONOMATICVM.

Synodontites, Iaspis, Brontea, Orites,
Nebrides, Antrodamas, Galatitis, Ecardia, Magnes,
Morion, Asbestus, Panchios, Lyncurium, Achates,
Cadmites, Epimelas, Tricus, Paneros, Libanochnes,
Aphrodisiace, Catechites, Enydrus, Apistus,
Tephrites, Spartopolia, Ambrum, Nasomonites,
Eusebes, Epimelas, Sphragidas, Ceramites,
Apilates, Syringides, Astrapia, Lychnis,
Verentana, Triophtalmos, Iris, Selemites.

ARTIFICIVM. XIV.

PARALLELON IN TETRASTICHO.

Contemnit	recipit	veneratur	habetur	honorat
Sacramenta	eadem	Christum	verissima	Cæsar
Prauus	Catholicus	pectus	Romana	regentē
Hæreticus	populus	deuotum	Ecclesia	Papam.

ARTIFICIVM XV.

RABANIANAE ARTIFICIOSAE FIGVRAE

VMN

VMN TAR
IMC ELI
CVE RVS
TSS VST
IDC ESE
CORDA MEAEXTOL QVIADNARRANTD
LASOL AVSSACRA IRASDELESREIC
LVMEN ESARDENS ISQVERVDENTES
RAL AEE
ASV ACS NRM
TTT DET
VEAE
SNI AXO
XHP
VVS SCR
IAI
LBV
ISTAD IES TERRI
SDIFF VSA ERITH
VICTI MOR ADSIT
IMC
NET
CNA
RSE
VQS

ARTIFICIVM XVI.

MONOSYLLABI VERSVS.

Vox	à te veniat Christi diuina Dei	Lavs,
Lavs	Christi vigeat remeauerit annua cùm	Lvx
Lvx	hodierna Dei dono concessa rapit	Cor
Cor	leuat ob sacras epulas, canit inde sonans	Os,
Os	homini sublime datum, quo magna Dei	Vis
Vis	miro eloquio pateat, iuuat hinc hominis	Mens
Mens	cui cælestis vigor est, cui quicquid erit	Fas
Fas	contemplandi sanctè, quàm certa fouet	Spes
Spes	nullo sine fine æuo, verum illius est	Mors
Mors	seruatoris medicamen habet, simul hæc	Daps
Daps	quasuis superans epulas, quêis vera latet	Pax
Pax	cuiuis homini gratissima, quam refugit	Dis
Dis	hostis noster, de quo fluit omnis atrox	Fravs
Fravs	malèsana bonis, res & truculenta viris	Nex
Nex	quam prosternit Christi veneranda Dei	Crvx
Crvx	quam diuino celebrabit pane hominis	Vox.

Artificium XVII.

Brachicolon Monostichon.

Haec daps est flos, fax, vis, merx, spes, pax: dat et hinc cor.

Artificium XVIII.

Perilepsis Ovidiana super hoc distichon Nasonis in Fastis.

Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes
Ad bellum missos abstulit vna dies.

Iste

ISTE DIES festus CELEBRARI dignus ab omni,
Ritè CELEBRATVS dona dat ISTE DIES.
ALTVS AMOR comites ad mensam IVSSERAT ire,
Ad mensam IVSSIS se dedit ALTVS AMOR.
AVLA DEI fieri cupis? agnum SVMITO Christum,
Ex agno SVMPTO mox eris AVLA DEI.
ESCA PLACENS, mētis virtutes pulchriùs ORNAT,
ORNATAM mentem diligit ESCA PLACENS.
ORA DEI vis ore tuo LIBARE pudico,
LIBATA excipias mente tua ORA DEI.
OMNIA HABES quæcunq; OPTAS in pane beato,
OPTATVM panem si capis OMNIA HABES.

ARTIFICIVM XIX.

PAROMOEON.

Lauricomam Laurum Laxa Latoë Legenti,
Linquemus Lyricos Lusus Linguisq; Loquemur,
Laudantes Lautum Libum Liquidòsq; Liquores
Libemus Lætis Labris Lachrymisque Libenter,
Libamen Lenit Lumbos; Luxusque, Latrones,
Lernæos Lædit Lemures, Lyncesque, Leones.
Languorem Lepramque Leuat Litesq; Luporum
Lethiferamque Luem, Largitur Lucida Lampas
Lumina Lætitiam, Libertatemque Leuamen.
Luxuriem, Lolium, Ludibria, Ludicra Longa,
Limosumq; Lacum, Largè Lux Limpida Limat:

Loricamq́ue Ligat Lateri, Laticemq́ue, Lyæum
Limine Ludificat, Lector Lætare Libenter,
Luſtra Libamen, Linguas Luctusq́ue Labores
Longaminis Labijs Libamina Lucida Lambe.

ARTIFICIVM XX.

RHOPALICI A PENTESYLLABIS *in monoſyllaba deſinentes.*

Collaudabilis Ornamenta Parare Iubet Mos,
Cõcelebrare Triumphalem Sermone Diem, Quẽ
Inuictiſsimus Inſtitui Splendore Iubet REX
Accumulata Sacramenti Diuina Valet VIS,
Prȩmeditetur Inardeſcens Virtutis Amans Cor,
Cũctipotenti Proueniat Suprema Deo Laus.

ARTIFICIVM XXI.

EVRIPHALLICA A MONOSYLLABICIS *dictionibus in Penteſyllabicas deſinentia.*

Eſt Panis Soboles Mirabilis Omnipotentis,
Fit Potus Pariter Mirabilis Induperator,
Haud Libum Canibus Maculatis Proijciendum
Non Chriſtus Videat Præcordia Commaculata,
Sis Nũquam Vitijs Furioſis Illaqueatus
Si Tantas Epulas Meditaris Nobilitare:
Ni Iudex Veniat Reuerendus Sanctificator.

Quid

Quid	Noſtro	Domino	Tribuemus	Cōcelebrando?
Cum	Tantis	Animæ	Benefactis	Nobilitati
Nos	Simus	Miſeri?	Spectabile	Suſcipiamus.
Cor,	Diuis	Superis	Cupiamus	Gratificari,
Si	Sacram	Volumus	Bonitatem	Conciliare.

Artificium XXII.

Eponymicum.

Melliflui cæli facti cum mellis ab imbre,
  Mellea mellitum nox dedit inde Deum,
Æthereis oris audita melodia pulchra eſt,
  Perceptum fuerat quale nec ante melos.
Qualis ibi iacuit præſepi melleus infans,
  Talis nunc aris integer vſque iacet.
Quem circumferimus dantes mellantia verba,
  A nobis ſumptus mel ſuperatque fauum.
Melligeræ matres mellatio fiat in hortis,
  Quæ quondam veſtro tecta paraſtis hero.
Dia Meliſſa tibi mellonia iuncta ſit altis
  Montibus, & Melite iam melimella dato.
Carpite floricoma ſuauem melilotō in Hybla,
  Spargite mella Deo, mellificetis apes.

Artificium XXIII.

Commativum digne et *indignè communicantibus.*

Synaxis

Synaxis efficit pium, ſanctum probum:
Malvm, impivm, improbvm cöercet vndique,
Et svbministrat dona & gratiam Dei.
Ignes avernales repellit ac fugat,
Poenas perennes auferet mortalibus,
Donabit omnibvs polique gloriam.

Artificivm XXIIII.

Correlativvm.

Cœna	*Sacramentum*	*Panis*	*Communio*	*Sanguis*	
Vltima	*diuinum*	*uiuus*	*ſanctißima*	*Chriſti*	
Viuificat	*donat*	*confortat*	*deprimit*	*auget*	
Mentem,	*ſolamen,*	*mortales,*	*crimen,*	*honorem,*	
Lætificat	*ſpernit*	*concludit*	*pandit*	*adhæret*	
Mœſtos,	*elatos,*	*Infernum,*	*ſydera,*	*amanti,*	
Deſtruit	*amplificat*	*pellit*	*docet*	*implet*	*adunat*
Peccatum,	*meritum,*	*mala,*	*cælica,*	*Pneumate,*	*diuis,*
Roborat	*exaltat*	*renouat*	*dilatat*	*opimat*	
Infirmos,	*humiles,*	*pietatem,*	*pectora,*	*fructu,*	
Gemmaſcit	*ſolidat*	*ducit*	*dulceſcit*	*opacat*	
Perfectis.	*dubios.*	*errantes.*	*mentibus.*	*umbra.*	

Artificivm XXV.

Parodia ex Martiali.

Quod optimum ſit diſputat conuiuium
Facunda Priſci pagina,
Et multa dulci multa ſublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum ſit quæritis conuiuium?
In quo cibus Chriſtus datur.

ARTIFI-

ARTIFICIVM XXVI.

POLYSYNTACTICVM,

Festicorporichristomachi.

Verbideasſiduocreperac, tenebriſtudioſi,
Cordebonopriui, virginitatiſugæ,
Carniuoluptatiſcupidi, Chriſtocrucifigi,
Ieiuniſpriui, dictaſathaniſequæ,
Hæreticantiquomaladogmaticorcagitantes,
Nigrerebonati, rurſuſauernitpetæ.

ARTIFICIVM XXVII.

HOMOLOGRAMMATA.

ORPORIS C ASTVS
RE O PES
ROGO R EGIS
RAEGVSTA P ANEM
INA V INVMQVE
ALVTIS, S VPREMI
ANCTA S VMAS,
NIMAM A CCEPTVM
AM N AM
AVDIA G VSTVM
IRTVTE V ENDICAT
NDE I N
EQVENTVR. S E,

C ARTI-

ARTIFICIVM XXIIX.
SYMPLECTICVM.

Quod reſonat Phœbea chelys, quod carmine ſumpto
Anonię cecinêre Deæ, *Deus optimus egit.*
Quod ſpretis Muſis celebrat ſacra feſta iuuentus,
Et colit æthereas epulas, *Deus optimus egit.*
Quod cernis multos comitari munera Diûum
Irridere ſacrum cultum, *Dis peßimus egit.*
Quod diris ſcriptis fiat contrarius hoſtis
In ſacramento hæreticus, *Dis peßimus egit.*
Quod longæua fides multorum pectore regnat
Credendi ſponſæ Chriſti, *Deus optimus egit.*
Quod noua facta fides multorum corda venenat
Spernendi ſponſam Chriſti, *Dis peßimus egit.*

ARTIFICIVM XXIX.
ACROSTICHON IN DICTIONIBVS.

O qui res hominum ſupremis aſpicis aſtris
Chriſte, piæ turmæ iam miſerere tuæ.
Sancte tua ſancta dextra nos effice ſanctos
Paſtor paſce tuos hîc & vbique greges.
Panis es æthereus, qui te ſuſceperit ille
Verè diuinus fiet, & æthereus.

ARTI-

Artificium XXL.

Paroemiaca Maroniana, De SS. Cœna domini.

A Ioue principium
Dij noſtra incepta ſecundent
Iuſtiſsimus vnus
Non mihi ſi linguæ
Ante diem clauſo
Venit ſumma dies
Poſtquam exempta fames
Procul eſte prophani
Conticuêre omnes
Accepitque manu
Inſtituitque epulas
Non hæc ſine numine Diûum
Attulit ipſe viris
Sunt hic etiam ſua præmia
Stupet inſcia turba
Omnis in Aſcanio
Tu decus omne tuis
Et dubitamus adhuc
Hîc tibi certa domus
Requies ea certa laborum.
O terque quaterque beati
Quas dicere grates ?

Meriti tanti non immemor
In freta dum fluuij.

Artificium XXLI.

Perilepsis elegiaca.

Quæ bona non præſtat quæſo communio menti,
Spirituale bonum quod cupis? Hoc et habes.
Cum deitate ſua vis Chriſti carne potiri
Sub ſpecie panis ſiue meri? Hoc et habes.
Vis protectorem ſummum? medicumq; labantis
Mentis? ſolamen vis ſimul? Hoc et habes.
Vis fontem cuius ſuperas liquor exit in auras?
Viuificum lumen vis capere? Hoc et habes.
Vis dulces animæ guſtus? vis manna ſupremum?
Vis ſanctam pacem pectoris? Hoc et habes.
Vis decus? exoptas ſpem? vis virtutis honores?
Gloria vis cælo ſplendeat? Hoc et habes.
Vis Acherontæi molimina vincere Ditis?
Vis vt ſancta fides firma ſit? Hoc et habes.
Vis igneſcat amor? vis adſit gratia Diûum?
Vis donum ſacri flaminis? Hoc et habes.
Vis munus, toto eſt quo non præſtantius orbe?
Hoc et habes. cælum vis rutilum? Hoc et habes.

Artificium XXLII.

Syncriticum.

Accipe

Accipe diuino ſuccenſus mente calore
Æternum patris natum, mundiq́ue Monarcham,
Spiritibus ſuperis multò qui SANCTIOR antêit,
Qui niue CANDIDIOR, ſimul eſt MANSVETIOR agno,
Nec non Cecropiis guſtatis LAVTIOR eſcis,
Altus, quid dico? præcelſo eſt ALTIOR alto,
SPLENDIDIOR Phœbo, rutilo FORMOSIOR aſtro,
SVAVIOR ambroſia, Thaumantis PVLCHRIOR aura,
GRATIOR omnigenis exculti ornatibus horti,
LVCIDIOR nitido cryſtallo, CARIOR auro,
Dauidis Pſaltis nato SPECIOSIOR extat.
FORTIOR inde ſua dextra Samſone potenti,
Et LAVDABILIOR laudatis rebus in orbe,
Et Salomonæo ingenio SAPIENTIOR omni:
VTILIOR gemmis, & ſuccis DVLCIOR Hyblæ.
Magnificoq́ue ſuo num MAGNIFICENTIOR orbe?
Corpore, vita, anima, ſit nobis CHARIOR author.

ARTIFICIVM XXLIII.

EPANODOTICVM.

Corporis vt Chriſti celebratum eſt more vetuſto
Feſtum, virtutes venêre EROS, ELPORA, PISTIS:
Inuiolatus EROS, memor ELPORA, prouida PISTIS,
ELPORA venit humo, paradyſo EROS, æthere PISTIS,
Dextrã habuit PISTIS, mediam ELPORA, EROSq́; ſiniſtrã,
Lauro ornatus EROS, myrto ELPORA, PISTIS oliua,

Spirat EROS, PISTIS coniubilat, ELPORA ridet,
Spargit EROS violas, nardum ELPORA, PISTIS amomũ,
E prato dat EROS, nemore ELPORA, PISTIS ab horto,
Fertq; crucem PISTIS, vexillum EROS, ELPORA tædam,
Sese incuruat EROS, rogat ELPORA, PISTIS adorat,
Ah suspirat EROS, PISTIS gemit, ELPORA plangit,
Pectore EROS, PISTIS labiis, verùm ELPORA dextra,
Clamat EROS sanctus, Deus ELPORA, PISTIS Iesus,
Ardet EROS, PISTIS credit, diua ELPORA sperat,
Tangit EROS Christum, PISTIS capit, ELPORA portat.

ARTIFICIVM XXLIV.

LEONINVM.

Magnificum festum pectus celebrabit honestum,
Et iuxta morem Domino persoluet honorem:
Purpureæque rosæ viridi sint cortice rosæ,
Discedat fletus, sis toto pectore lætus,
Mente tua tota refluant suauissima vota,
Est opus in fluctu metuunt cum singula luctu:
Serua securas præsenti tempore curas,
Iactet dextra facem quia aues tibi sumere pacem,
Gaude quod portus tibi sit feliciter ortus.
Iam nocet haud anguis, Christi dat pharmaca sanguis,
Tantum sume bonum, namque est mirabile donum:
Exhilarat mentem multum sua crimina flentem.
Tende tuas almas ad diûum numina palmas,
Suplice dêin vultu superos venerabere cultu,

Quod dederit lumen tam præſens cernere numen,
Res magna eſt diuum potuiſſe hîc ſumere viuum :
Scande pium montem, diuum hauri gutture fontem,
Hæc comedas vitæ ſanctiſsima munera ritè,
Pellunt æternam diuina hæc pocula Lernam.



